Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

se audivit ne a rege bene & se merito infidelis
esse non pugnando fortiter seu viriliter. quare sue patrie
fieret oppugnator

Aristides philosophus qui claruit athenis tempore
Xerxis regis persarum vir districtissimus
extitit. De quo narrat tullius li. 3.
de officiis quod temistocles post victoriam eius quod
cum persis fuit dixit in concione atheniensium se habere
consilium rei publice salutare. sed id sciri non oportere
postulavitque ut aliquem populus daret cum quo communi-
caret. natus est aristides. Huic ille classem lace-
demoniorum que subducta erat ad gitem clam incendi
posse dixit. Quo facto frangi opes lacedemoniorum
necesse esse. quod aristides cum audisset in oratione magna
expectacione venit. dixitque perutile esse consilium
quod temistocles afferret. sed minime honestum. Itaque
athenienses quod honestum non esset id nec utile quidem
putaverunt. Hic aristides a quodam qui ad novas
divitias mox erectus fuerat cum philosophis quampluribus
ad convivium est vocatus. et cum illi inter se minutu-
las congererent questiones. ille qui invitaverat pro irridendo
philosophos dixit scire se velle cur ex nigra et alba fa-
ba pulmentum unius coloris editur. Cui aristi-
des indigne ferens ait. Tu nobis absolve cur
et de albis et de nigris loris similes macule gignuntur
Dicitque qui philosophos non fuerat veritus irridere. revisus
a sapiente obmutuit

Eudoxus astrologus tempore darij claruit. Hic
in excelsi montis cacumine senuit ut astrorum